



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 Vtrum aliquid in beatitudinis fructibus pietati respondeat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

Deo, ut creatori, quod facit religio, est excellen-
tius, q̄ exhibere cultū patri carnali, q̄ facit pietas, q̄
est virtus: sed exhibere cultū Deo, ut patri, est adhuc
excellentiū, q̄ exhibere cultum Deo, ut creatori, &
dño. Vnde religio est potior pietate uirtute, sed pie-
tas secundum quod est donū, est potior religione.

AD III. Dicendum, quod sicut per pietatē, quā
est uirtus, exhibet homo officium, & cultum non
solum patri carnali, sed etiam omnibus sanguine iū-
ctis, secundum quod d̄ pertinent ad patrem: ita etiam
pietas, secundum quod est donum, non solum ex-
hibet cultum, & officium Deo, sed etiam omnibus
hominibus in quantum pertinent ad Deum. Et pro-
pter hoc ad ipsam pertinet honorare sanctos, non
contradicere scripturā siue intellectā, siue non in-
tellectā, sicut Aug. dicit * in 2. de doctri. Christ. Ipsa
etiam ex consequenti subuenit in miseria consti-
tutis. Et quamuis iste actus non habeat locum in pa-
tria, præcipue post diem iudicii, habebit tamen locū
in patria, quod præcipue tunc erit secundum illud Sap.
6. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei:
Erit etiam mutua honoratio sanctorum adinuicē.
Nāc autem ante diem iudicii miserentur sancti etiā
eorum, qui in statu huius miserie uiuunt.

ARTICVLVS II.

Primum dono pietatis respondeat secunda beatitudo,
scilicet, beati mites.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, q̄ dono
pietatis non respondeat secunda beatitudo, s̄
beati mites. Pietas, n. est donum respōdens iustitiā,
ad quam magis pertinet quarta beatitudo, s̄. beati q̄
est iurium, & sicut iustitiam, uel etiam quinta beati-
tudo, uidelicet, beati misericordes: quia, ut dictum *
est, opus misericordie pertinet ad pietatem, non ergo
secunda beatitudo pertinet ad donum pietatis.

2. Præter donum pietatis dirigitur dono sciētie, q̄
adiungitur in connumeratione donorum Isa. 11.
Ad idem autem se extendit dirigen, & exequens.
Cum ergo ad scientiam pertineat tertia beatitudo,
scilicet, beati qui lugent, uidetur quod non perti-
neat ad pietatem secunda beatitudo.

3. Præter fructus respondent beatitudinibus, & do-
nis, ut supra habitum * est: sed inter fructus boni-
tas, & benignitas magis uidentur conuenire cum
pietate, quā mansuetudo, quā pertinet ad miti-
tatem: ergo secunda beatitudo non responderet do-
no pietatis.

Seo Contra est, quod Aug. * dicit in li. de sermo-
ne domini in monte. Pietas congruit mitibus.

Respon. Dicendum, quod in adaptatione beati-
tudinum ad dona, duplex conuenientia potest atten-
di. Vna quidem secundum rationem ordinis, quam
uidetur Augu. * fuisse secutus. Vnde primam beati-
tudinem attribuit infimo dono, s̄. timoris: secundā
autem, scilicet beati mites, attribuit pietati, & sic de
aliis. Alia conuenientia potest attendi secundum
proprium rationem doni, & beatitudinis. Et se-
cundum hoc oporteret adaptare beatitudines donis
secundum obiecta, & actus: & ita pietati magis re-
sponderet quarta & quinta beatitudo, quā secun-
da. Secunda tamen beatitudo habet aliquam conue-
nientiam cum pietate, in quantum, s̄. per mansuetu-
dinem tolluntur impedimenta actuum pietatis. Et
per hoc patet responsio ad Primum.

Ad 1. dicēdū, q̄ secundum proprietatem beati-
tudinum, & donorum oportet, q̄ eadē beatitudo re-

spondeat scientiæ, & pietati: sed secundum ratio-
nem ordinis, ditterse beatitudines eis adaptantur,
obseruata tamen aliquali conuenientia, ut supra di-
ctum * est.

In corp. ar.

AD TERTIVM dicendum, quod bonitas, & beni-
gnitas in fructibus directē attribui possunt pietati:
mansuetudo autem indirectē, in quantum tollit im-
pedimenta actuum pietatis, ut dictum * est.

In corp. ar.

QVAESTIO CXXII.

De præceptis iustitiæ, in sex articulos
diuisa.

EINDE consideran-
dum est de præceptis ius-
titiæ.

Et circa hoc queruntur sex.

1. Primum, Vtrum præcepta decalo-
gi sint præcepta iustitiæ.

2. Secundum, De primo præcepto
decalogi.

3. Tertio, De secundo.

4. Quarto, De tertio.

5. Quinto, De quarto.

6. Sexto, De alijs sex.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum præcepta decalogi sint præ-
cepta iustitiæ.

AD PRIMVM sic proceditur.

Videtur, quod præcepta decalo-
gi non sint præcepta iustitiæ.
Intentio enim legislatoris est ci-
ues facere uirtuosos secundum
omnem uirtutem, ut dicitur in *
2. Ethicor. vnde & 5. Ethicor. dicitur,
quod lex præcipit de omnibus
actibus omnium uirtutum: sed
pcepta decalogi sunt prima prin-
cipia totius diuinae legis: ergo p-
cepta decalogi non pertinent ad
solam iustitiam.

2. Præter. Ad iustitiam uidentur
pertinere præcipue præcepta iudi-
cialia, quæ contra moralia diui-
duntur, ut supra habitum * est: sed
præcepta decalogi sunt præcepta
moralia, ut ex diuis * patet: ergo
præcepta decalogi non sunt præ-
cepta iustitiæ.

3. Præterea. Lex præcipue tra-
dit præcepta de actibus iustitiæ
pertinentibus ad bonum commu-
ne, puta, de officijs publicis, &
alijs huiusmodi: sed de his non fit
mentio in præceptis decalogi. er-
go uidetur, quod d præcepta decalo-
gi non pertineant proprie ad
iustitiam.

4. Præter. Præcepta decalogi di-
stinguuntur in duas tabulas secun-
dum dilectionem Dei, & proxi-
mi, quæ pertinent ad uirtutē cha-
ritatis. ergo præcepta decalogi
magis pertinent ad charitatem,
quam ad iustitiam.

Seo Contra est, q̄ iustitia sola
uidetur esse uirtus, per quam ordi-
namur ad alterum: sed per om-

Super Questionis
centesima vigesima
secunda articulum
primum.

In art. 1. q. 1. 2. du-
bium occurrit cir-
ca illud in princip.
corporis art. Præ-
cepta decalogi sunt
prima principia legi-
s, quibus statim ra-
tio naturalis assentit
tanquam manifestis-
simis. Videtur nam-
que hoc esse falsum,
atque contra doctri-
nam in præcedenti
libro habitam. Nam
in quæstio. 100. arti-
culo tertio exclusa
sunt a præceptis decalo-
gi principia per
se nota tam in mo-
ralibus, quam in fi-
de, ut ibi patet. Quo-
modo ergo nunc di-
citur, quod sint pri-
ma principia mani-
festissima?

Ad hoc dicitur
q̄ aliud est loqui de
principijs intrinse-
cis legis, & aliud de
principijs extrinse-
cis, quæ sunt uelut
prima principia in
speculabilibus. Nam
principia intrinseca
legis clauduntur in-
fra latitudinem com-
mune, quæ indigent
editione: quoniam
sunt partes legis,
quæ constat oportere
promulgari: sunt
tamen primo edita
inter omnia quæ in
lege continentur: &
propterea uocantur
prima, & communia
legis principia. Prin-
cipia uero extrinseca
editione non egēt,
sed solo naturali, seu
infuso lumine in no-
bis existente conten-
ta sunt. Et propterea
uocantur non prima
principia legis, sed
prima principia com-
munia absolute, ut
pote ante leges exi-
stentia. Et hæc sunt
per se nota lumine
naturalis, ut nulli es-
se nocendum, &
bona esse prosequē-
da: uel infuso, ut
credere in Deum,
diligere Deum, &
huiusmodi. Illa uero
nō sunt per se no-
ta, sed modica confi-
deratione

Supra q. 66.
art. 1. ad 1.
& artic. 2. &
q. 140. art. 1.
ad 3. & q.
148. art. 1. ad
1. Et 1. 2. q.
99. art. 5. ad
1. & q. 100.
art. 2. cor. &
art. 3. ad 3.
Lib. 5. c. 1. &
lib. 5. c. 1. &
2. tom. 5.

1. 2. q. 99. ar-
tic. 4.

1. 2. q. 100. ar-
tic. 3.